



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De arcanis, & arcana enunciantibus. cap. lxxxiiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

Nili. Audeſne omnino iuueniliter te gerere, ac laſciuire, & ludi operam dare, cūm Chriſtianus ſis? Audeſne omnino ſaltare ac choreas agitare, pedeſque ac manus ad diaboli arbitrium mouere? Quonammodo cūm veris Christianis te aggregas, ac cum iſpis vefcaris? *Euseb.* Intus ſacerdos Deo ſupplices pro mundi ſalute preces offert: & foris ludi celebrantur. Sic nimirūm Iſraēlitæ quoque ludebant: & eos exitium inuafit. Moses enim in monte, ſalutis eorum cauſa, Deo ſupplicabat: & plebs interim, poſtequam cibo ac mero operam dedit, ad ludendum ſurrexit. Eoque nomine, diuina ira in eos ruente, uno die viginti tria millia procubuerunt.

De arcanis, & arcana enunciantibus.

CAP. LXXXIIII.

*Pro. 11.
Ecli. 19.*



V I reuelat arcana, ambulat fraudulenter.

*13.
8.*

Audisti verbum aduersus proximum tuum? Commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumperet. Immitis eſt, qui non conſeruat verba: & non parcer de afflictione & vinculis. Corā alieno ne facias aliquid absconditum. Nescis enim quid pariet. Non omni homini ostende cor tuum.

Chrysost.
Phil.

Qui auditum sermonem tūtō ac ſtudivit continet, magna cum voluptate vitam deget.
Audisti verbum? inquit ille: commoriatur in te. Extingue illud atque obrue. Noli ipſe villo modo exeundi ac ſe mouendi potestatem facere. *Quod diſtum eſt, obtrunca, atq; obliuioni manda: ut iſtis ſimiliſ ſis, qui non audierunt.*

*Iob.
Pſal. 5.
30.
32.52.
18.
Pro. 12.
17.
Eſa. 61.
Cap. I.
Ecli. 10.*

Loquaces homines, ea, que ſilentio premi debebant, euouentes, lingue pruigine quodammodo laborantes, in aures auditione indignas profundunt.

De improbitatis odio, & his que Deo diſplicent. CAP. LXXXV.

Iob.

LAGITIOSA Deus intueri non vult: coram iſpis non ingredieſtur Dominus.

Pſal. 5.

Non Deus volēs iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuē. Dilexisti iuſtitia, & odiſti iniquitatem. Dominus diſpauit oſſa eoru qui hominibus placet: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Spreuisti omnes diſcedētes à iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.

30.

Abominatio ſunt Domino labia mendacia: execratio Domino, cogitatio iniqua. Qui iuſtum iniquum iudicat, & iniquum iuſtū, immundus eſt, & execrabilis apud Dominum. Dominus ſuperbiſ refiſtit. Abominatio Domino viæ peruersæ. Immundus eſt apud Dominum omnis qui ſublimi corde eſt.

32.52.

Ego ſum Dominus, amans iuſtitiam, & odio habens rapinam in holocausto. Facti eſtis mihi in moleſtiam: laborau iuſtinens. Et cūm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos a vobis: & cūm multiplicaueritis orationem, non exaudiām. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

18.

Odibilis coram Deo, & hominibus eſt ſuperbia.

G

H

K

De paenitentia & confeſſione.

CAP. LXXXVI.

2n.38.

I X T Iudas: Iuſtior me eſt Thamar, quia non tradidi eam ſela filio meo. Attamen ultra non cognouit eam.

2. Reg. 12.

Dixit Nathan ad Dauid: Ecce ego fuſcitabo ſuper te malū de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cū uxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim feciſti abſcōdīte: ego autē faciā vebū iſtud in conſpectu omnis Iſraēl. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccau i Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuū.

Cum